

prope carmen Catulli LI sed infantibus

superāre = vincere

Ille mihi ut deus vidētur,
ille, sī decet, superāre deōs vidētur,
ille quī sedēns adversus tē iterum et iterum spectat et audit

dulce = ut mel;
mellitus

ille spectat et audit tē dulce rīdentem,
quod carpit omnēs sēnsūs miserō mihi,
nam simul aspexī tē, Lesbia, nihil manet mihi

aspexī > aspicio

* * * * *

tintinnabulum
tintinat:



sed lingua nōn vīvit,
tenuis flamma sub membra fluit,
aurēs tintinant sonitū suō,
gemina lūmina (oculī meī) teguntur nocte.

sonitus, ūs, m.
A speaker icon with three curved lines indicating sound.

geminus, a, um = duo

lūmin, inis, n. = lux

ōtium ↔ negōtium

negōtium, ī, n. =
officium

exsulto, -are = laetus
esse

gesto, -ire = volo et
quaero

rex, regis, m.
An icon of a king wearing a crown and royal robes.

perdo, -ere, -didi, -
ditum, = deleo

Ōtium tibi nōn placet, Catulle,
tu ōtiō exsultās et tu nimium gestīs:
ōtium et rēgēs et beātās urbēs perdidit

CARMEN CATVLLI LI

Ille mī pār esse deō vidētur,
ille, sī fās est, superāre dīvōs,
quī sedēns adversus identidem tē
spectat et audit

pār = similis; ut (+dat)

fās = id quod rectum
est; "fas est" = decet;
dignum est

dīvus = deus

identidem = iterum et
iterum; saepe

dulce rīdentem, miserō quod omnīs
ēripit sēnsūs mihi: nam simul tē,
Lesbia, aspexī, nihil est super mī

dulce = ut mel;
mellitus

omnīs = omnēs

ēripit = capit; sumit;
carpit (> ex + rapit)

* * * * * * *
lingua sed torpet, tenuis sub artūs
flamma dēmānat, sonitū suōpte
tintinant aurēs, gemina teguntur
lūmina nocte.

torpet = stupet

artus, us, m. =
membrum

demanat = de+fluit

-pte = ipso

"gemina lumina" =
oculi

ōtium ←→ negōtium

molestus, a, um =
quod non placet

exsulto, -are = laetus
esse

gesto, -ire = volo et
quaero

rex, regis, m.


perdo, -ere, -didi, -
ditum, = deleo

ōtium, Catulle, tibī molestum est:
ōtiō exsultās nimiumque gestīs:
ōtium et rēgēs prius et beātās
perdidit urbēs.